

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 152. Demonstratur sophisticum & inane esse palmare  
Argumentum, quo servilis attritionis sufficientiam reformato Tridentini  
Decreto sess. 14.c.4. definitam Adversarii prætendunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

cata absolutionis supervenientis vix variare Autorum sententias; adeoque id est tollendum Quoniam Decretum, sicut nunc extat, reformatum est, substat utique clausulam, quibus attrito toto in ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex servili gehennae metu concepta, cum qualicunque de commissi delictis dolore dicebatur sufficere ad Sacramenti hujus constitutionem, quodque sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat. Constat igitur ex tam authentica tanti Historici narratione, servili attritionis sufficientiam, ob solemnum oppositionem Episcopi Tudetani, & rationem ab ipso allegatam, ex iatura Patrum Tridentinorum deliberatione, à S. Synodo solemniter esse substatam, expundam, erafam, abolitam, eliminatam. Non vocetenus tantum, sed re ipsa. Solemnis quippe oppositione Tudetani, & utraque ratio ab ipso allegata (ed quod utique falso diceretur, hujusmodi doleore sine amore vix unquam concipi posse. Et quod circa sufficientiam illius variarent Authorum sententiae.) Utique (inquam) ratio ista, Tudetanique oppositione, rem ipsam speciebat, non vocem dumtaxat.

Nec certe verbalem illius sufficientiae definitio- nem Occumenica illa Synodus, ad praesidem tam omnem hac re controveriam, Catholicorum Orbi invidiasset, si eam revera definire voluisse. Nec probabile est gravissimo illi Cœtu, in re tam momenti, unde innumerabilium animarum salus dependet & eternitas, de solo verborum cortice curam fuisse. Nec hoc absque tanti Cœtu iuria asseri potest.

Mirum quantum Adversarios cruciat ineluctabile istud argumentum, cuius vim ut qualitercumque effugiant, nescio quo non compuncta confingant. Dicunt 1<sup>o</sup>. in forma Decreti delineati propositos fuisse actus necessarios ad Sacramenti constitutionem, atque inter eos Concilium retinuisse timorem, supposuisse amorem, ed quod Sacramento constitudo non esset necessarius. 2<sup>o</sup>. à Concilio rejectum non fuisse nudam hanc afferitionem: attritio ex servili timore sufficit in Sacramento; sed hanc cauferat: ideo sufficit, quia si ne aliquo dilectionis in Deum motu esse non posse.

Sed primum est commentarium: qui licet in forma illa facta fuerit mentio amoris, tanquam vix separabilis ab attritione ex servili metu concepta; non tamen amoris, tanquam necessarii ad Sacramentum constituentium. Unde nec amoris tanquam Sacramento constitudo necesse ex parte. Tudetanus postulavit (cum in *Patrum confessi senectus opus esse contritione perfecta*, prout Eminentiss. Historicus testatur libro illo 12. c. 10.) sed tanquam vix separabilis ab attritione servili. Cum igitur amor Tudetano Autore suppressus fuerit, suppressus non fuit tanquam Sacramento necessarius, sed tanquam vix separabilis, &c.

Atque hinc manifestè conficitur, etiam secundum esse commentarium: rejecta quippe fuisse servili attritionis sufficientia; quia circa eam variabant Authorum sententiae. Illius vero attritionis ab amore inseparabilitate vel vix separabilitate reiecta fuit, velut falso asserta, ut constat ex Historici verbis n. 1788. laudatis. Fucum ergo faciunt, qui dicunt, rejectam à Tridentino hanc afferitionem, requiritur in Sacramento aliquis amor: cum necessitate illius Tudetanus afferuerit, & Melchior Anosmedianus, & Didacus Laynez, & Jacobus Ferrerius, & Bernardus Collordius; & opinionis negant in actis Concilii vix vestigium invenerit Pallavicinus.

1790 Substat itaque tam solemniter (ob dictam oppositionem, duplēcū rationem) sufficientia servili attritionis clausula, probabile non est in Tridentino Decreto, ut supra reformato, super-

esse aliam clausulam, quæ vim habeat eandem, sive quæ candem sufficientiam eisdem declarat definitaque. Neque enim probabile est à Tridentino altera manu restituunt, quod una tam solemniter est sublatum. Neque Tudetanus se minus opposuerit illi clausula restituenti, quam se opposuerit clausula sufficientiam exprimit. Et si ratio Tudetani non permisit Patribus in Decreto reformato relinquere clausulam definitiæ, nec permisit ipsi substituere, vel relinquere clausulam restituentem, sive clausulam quæ vim haberet eandem. Omnidem proinde certum est servili attritionis sufficientiam reformato Tridentini Decreto non esse definitam, vel perpicuum declaratum, seu ex Tridentini doctrina certò consecutam. Unde ejusmodi assertionem damnarunt illiustissimus Ludovicus Henricus de Gondrin, Archiepiscopus Senensis in Cœnura Apologia Cœfuscularum die 7. Septemb. 1658. Aquas de Leyv de Vandour, Archiepiscopus Bituricensis in cœnura e jūdicio 6. Februario 1659. & novissimus Jacobus Nicolaus Colbert, Archiepiscopus Rothomagensis in Epistola Pastorali 28. Martii 1697.

### C A P U T C L I I I .

Demonstratur sophismum & inane esse palmarum Argumentum, quo servili attritionis sufficienciam reformato Tridentini Decreto sicc. 14. c. 4. definitam Adversarii praetendunt,

1791
**A**rgumentum istud petitur ex sequentibus Tridentini verbis ibidem: Illas autem contritionem imperfectam, quæ attrito dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ metu communiter contingerat, si voluntario peccati excludatur, cum se vixne, declarat S. Synodus, nos solus non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, nos adhuc quidem inhabitantis, sed tantum inveniens, quo paenitenti adjutus viam sibi ad iustitiam parat. Et quavis sine Sacramento Paenitentia per se ad iustificationem perdure peccatorem nequeat; tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Paenitentia imprimatur disponit. Illis verbis formidolosa attritionis in Sacramento sufficientiam spartissime declaratam praetendit Abelius in sua Theologia Medulla. Et quidem verbis addeò perpicuum & expressiss. (sit in Evidentia p. 18. 23. 26.) ut à simplicioribus ingenui intelligantur. Vei enim doctrina illa Lutherum non ferit, vel formidolosa attritionis sufficientiam definit.

Verum perpicuum est hallucinatio ipsius. Quem manifestam facit 1<sup>o</sup>. solemissimam prætense illius sufficientiam à Synodo facta, utr. 1788. & 1789. vidimus.

2<sup>o</sup>. doctrina Consilii Tridentini sicc. 6. c. 6. illi sufficientiam diametraliter aduersa, quæ utique aliquis charitatis actus ad iustificationem, etiam sacramentalem, necessarius afferuerit, ut vidimus lib. 2.

3<sup>o</sup>. doctrina viginti Patrum, quindecimque Theologorum Tridentinorum, qui in intelligentia verborum illorum Consilii Tridentini longe oculatores fuerunt illis simplicioribus ingenii, sicut & oculatores Abelio, Pinterello, &c. in illis tamen non intellexerunt dictæ attritionis sufficientiam, à Concilio Tridentino verbis perpicuis, & expressiss declaratam & definitam. Cum eam ipsi negaverint, etiam post Lccc. 14. divinæ amoris necessitatem ad iustificationem in Sacramento Paenitentia afferuerint, ut videbitur cap.

164. Probabile vero non est Catholicissimos sapientissimosque Patres illos , ac Theologos contradixisse definitioni Concilii Tridentini , cuius Condatores & Promotores fuerunt ; contradixisse (inquam) definitioni verbis aedc perspicuis & expressis confessae , ut à simplicibus ingenis intelligi possent . Cui etiam probabile non est contradictione innumeris magni nominis Theologos , cap. 165. referendos , qui eidem sufficientem post Tridentinum aperte contradixerunt , nec preter factum definitionem in allatis Concilii verbis expresse , inde nec implicite factam viderunt , nec intelligere potuerunt .

4<sup>o</sup>. Abellianam hallucinationem manifestam facit doctrina primorum Authorum itius sufficientem ; qui eam non tradiderunt , velut à Tridentino perspicue declaratum , vel definitam : cum eam non tradiderint ut certam , sed ut probabilem duntaxat . Siquidem Melchior Canus (primus parens illius ) relect . de penit . c. 5. ex professe fatur , eam non esse certam & indubitatem . Lopez etiam , Cani discipulus , in Instructione concil . c. 1. sibi visus est audacter loqui , cum eam probabilem dixit : andeo hanc statuere conclusionem , probabile est , &c. De eadem sufficientia loquens Dominicus Soto in 4. dist. 19. q. 2. a. 9. non est ( inquit ) Ecclesiastica definitio . Confer Suarezium , Sanchezum , & alios ad idem cap. 139. relatos , qui in Concilio Tridentino , seu in allatis verbis illius , non viderunt appetam illam declarationem , seu definitionem verbis perspicuis expressam , quam Pinterellus , Abellius , & Jesuita Lovaniensis tam praesenter jactant . Ex his prouide simili juncti perspicue est ipsorum aberratio à mente Tridentini .

1793. Quam manefiore adhuc facit anatomia citati Decreti , in quo se fundant . Quidquid enim in favorem attritionis ibi Tridentinum afferit , ad quatuor principales expressiones reducitur . Quarum prima est , quod attrito non solum non facit hominem hypocritam , magis peccatorem , econtra donum Dei sit . Secunda , quod sit Spiritus sancti impulsus . Tertia , quod per eam presentis viam sibi ad iustitiam parat . Quarta , quod quamvis sine Sacramento Pœnitentia , per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat , tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam disponit . Arqui certissimum est , servili attritionis sufficientem nullam istarum expressionum scilicet afferi . Non utique prima , nec secunda , nec terciâ , nec quartâ . Quia nulla istarum expressionum quidquam afferit , quod de quolibet alio Dei dono , tametsi per se ad iustificationem , etiam cum Sacramento , insufficiente non verificetur , v. g. de fide , de spe , de humilitate , de pia cogitatione , de oratione , de devota auditione predicationis , &c. Ilorum namque quodlibet Dei donum est , & Spiritus sancti impulsus , & viam ad iustitiam parat , quamvis sine Sacramento Pœnitentia per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat , tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam disponit . Certissimum prouide est , ne quartâ quidem expressione , quâ Tridentinum afferit , quod attrito meo concepta disponat peccatorem ad gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam , significari illius attritionis sufficientiam . Cum non omne Dei donum , disponens ad gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam , eam proximè & sufficienter disponat ( ut evidenter constat in donis proximè narratis , neque hoc Tridentinum afferat .

Aque hinc perspicue etiam innoteat , ne omnibus quidem illis Tridentini expressionibus coniunctum sumptus , servili attritionis sufficientiam significari , mercede sophisticum & inane esse ar-

gumentum Adversariorum , ex illis expressionibus petatum . Neque enim legitimam & solidum esse potest , nisi hac universalis sit vera ; omne donum Dei , & omnis impulsus Spiritus sancti est dispositio proxima & sufficiens ad iustificationem in Sacramento impetrandam , quo pœnitens viam sibi ad iustitiam parat , & quamvis sine Sacramento Pœnitentia per se peccatorem perducere ad iustificationem nequeat , tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam disponit . Nisi enim universalis ita sit vera : ex eo quod attrito ex metu gehenna concepta donum Dei sit , & Spiritus sancti impulsus , &c. inferri non potest ipsam esse dispositionem proximam , & sufficientem ad iustificationem in Sacramento impetrandam . Cum ex puris particularibus nihil sequatur . Atqui certissimum est universaliter illam propositionem esse falsam . Igitur certissimum est ex illis Tridentini expressionibus , etiam simul junctis , pro sufficientia servili attritionis confici non posse argumentum legitimum & solidum , sed sophisticum & inane dumtaxat ; vel ex pure particularibus arguendo , vel arguendo à dispositione ut sic , ad dispositionem proximam & sufficientem . Legatur & relegatur Tridentinum . Dicit quidem dictam attritionem disponere ; sed non dicit sufficere . Imò sufficientiam à se definitam , vel claram declaratam esse negavit , dum eam à sua definitione expunctam voluit .

## C A P U T C L I I I .

*Adversariorum infinita dissipantur .*

I Nstante nihilominus Adversarii 1<sup>o</sup>. Concilium 1794 (quinquum) plus tribuit servili attritioni Sacramento conjuncte , quam separate , dum ait quod quatinus sine Sacramento Pœnitentia per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat ; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam disponit . Plus autem ipsi non tribueret , si non loqueretur de dispositione proxima & sufficiente , sed remota dumtaxat . Cum etiam separata à Sacramento ad Dei gratiam remotè disponat .

Respondeo nullâ ex quatuor expressionibus n. 1793 relatis Tridentinum plus tribuere attritioni mere servili in Sacramento , quam extra , per se & ratione sui . Neque enim dicit , quod quamvis sine Sacramento Pœnitentia per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat ; tamen eum ad iustificationem in Sacramento Pœnitentia per se perducit ; sed mutata loquendi formulâ dicit , tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam disponit . Disponit autem , tametsi non perducat . Per consequentem non sequitur : disponit , ergo perducit . Nec consequentias à se perperam deducetas ex definitione Concilii Tridentini rationabiliter Socii venditant pro definitione Concilii Tridentini .

Respondeo 2<sup>o</sup>. dum Concilium addit : tam 1795 men eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam disponit , dato , non concessio , quod de dispositione proxima loquatur ; non loquitur tamen de dispositione proxima ad gratiam iustificatorem , sed ad gratiam contritionis seu conversionis . De qua verificatur tota expressionis illius significatio . Verificatur (inquam) ad sensum , quo Catholici Doctores , contra Lutherum scribentes , de servili attritione communiter tunc loquuntur . Nominatum Confessio Catholica Lovaniensis a. 2. Præparat tamen hic metus ad veram omni contritionem . Martinus Rithovius in Deflati anni 1558 . Non est timor vera pœnitentia , sed utilis , & ad contritionem vicinum gradum sternit . Ita etiam Eckius l. 1. de Penit . c. 1. ubi Luthero concedit , quod recordatio legis , & intusus paenitentia

P p p 2